



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Matrimonivm IIII. quoad verba sub conditione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

526 MATRIMONIVM IV.
ris potestatem tradere , quomodolibet di-
cantur. ca. 23. num. 20.

Quando constat de voluntate contrahen-
tium, non refert quoad utrumque forū, qui-
bus verbis utantur: quoniam si est utriusque
volūtas cōtrahendi de præsenti, matrimoniu-
m fit: si de futuro, sponsalia tantum. num. 79.

MATRIMONIVM IV.

Quoad verba sub conditione.

V o a n forum interius in nullo casu
matrimonium vel sponsalia contrahē-
tur ante impletam conditionem, si verē fuit
animus suspendendi , usque ad implemen-
tum conditionis. ca. 22. n. 66. 67.

Conditio turpis, & contra bonum indiui-
dutatis, & contra fidem matrimonij, annul-
lat matrimonium. num 66.

Conditio turpis , vel impossibilis , quæ
nec est contra substantiam, nec bonum ma-
trimonij non annullat , neque suspendit, sed
habetur pro non adiecta. c. 22. n. 66.

Conditio honesta suspēdit, donec implea-
tur, dummodo ponatur a principio, & suspe-
siūt, & ambæ partes expreſſe consentiat con-
ditioni, vel una pars expreſſe , & altera tac-
tè. num. 62. & 66.

C Quòd si talis conditio sit honesta, & de re
præteri

præterita, vel præsenti, non est vera conditio: imo si est vera, matrimonium statim valet; si falsa, est nullum. ibid.

Causa, modus, & demonstratio numquam suspendunt matrimonium: annullant tamen, quando sunt contra substantiam, vel matrimonij bonum. ibidem.

Per hæc verba, duco te in uxorem si cras D
orientur Sol, est matrimonium purum quoad Ecclesiam, non tamen quoad forum interius, si verè fuit animus suspendendi consensum usque ad ortum Solis. n. 67.

Matrimonium contractum cum hac conditione, si pater voluerit, & pater postquam semel contradixit, consentit, validum est, si consensus contrahentium durat usque ad consensum patris. num. 63.

Quod si pater tacet, nec consentiens, nec E
contradicens expressè, validum est, si per signa colligitur, illum tacere, quia placet ei: & nullum, si colligitur tacere, quia displaceat ei: in dubio tamen non videtur ideo tacere, quia placeat ei. ibidem.

Si tempore quo ponitur ista conditio, si pater voluerit, pater est mortuus ignorante filio, matrimonium est nullum: si autem sciente, validum est: quia conditio est impossibilis, & habetur pro non adiecta. n. 64.

Si ante impletam conditionem, altera F
partium

528 MATRIMONIVM V.

partium voluntate mutata contrahit absolute, cum alia valet, secus si contrahat post impletam.c.22.n.64.

Qui dicit, *contraho tecum matrimonium si permiseris coitum*, matrimonium est nullum, si intelligit de fornicario. Si verò intelligat de vxorio, perfectū est simul atque coierit.n.65.

Qui dicit in futuro, *contraha tecum si permiseris coitum*, manent sponsalia pura, & absoluta, si intelligit de fornicario: si verò de licto sūt conditionalia, quae secuta copula licita transiunt in matrimonium, secundū ius antiquum, non tamen post Trident. n. 26.& 65.

Per hæc verba, *contraho tecum, si te virginem inuenero*; intelligendo per inspectionem honestarum foeminarum, est matrimonium conditionale: si per copulam intelligit, est purum quoad Ecclesiam.n. 66. Quod si expressè dicat *contraham tecum si te per copulam virginem inuenero*, sunt sponsalia pura. ibid. Si verò dicat *contraham tecum, si te per honestas foeminas virginem inuenero*, erunt sponsalia conditionata. Ibidem.

MATRIMONIVM V.

Quoad intentionem & consensum.

A PECAT mort. qui contrahit matrimonium, vel sponsalia fictè, & matrimonium est nullum,

